

Similiter qu. damnificatus fuit iam duob. annis elapsis Nicoletus Lombardo civis fir. patronus unius navis p. quamdam galeam srnissimi dni regis Sicilie et idem dñus rex promisit solvere prout p. literas suas appareret, debeas nichilominus de dicto dano noticiam dare dicto stratico et rogare q. procuret satisfactionem et emendam danni pdicti et ut de eo sis plene informatus fecimus tibi dare copia litere nre quam scribimus dño dñ regi.

Habere debes de salario pro ista tua ambasiata et vicecapitaneria ducatos quadrigentos quor. centum solvere debent patroni galear. et centum nrum comune, alii autem ducenti ire debent ad varem omnium mercantionum que de omnibus galeis discaricabuntur in Londra et que in Londra caricabuntur super ipsis galeis et ducere debes duos famulos tuis salario et exps. Verum de quanto steteris in mari sup. dictis galeis eundo et redeundo habere debes expensas oris p. te et dictis duobus famulis a galeis pdictis. Unum autem tertium famulum ducere debeas omnib. suis expensis. Et debes esse vicecapitan. galear. Londre cum illis modis et conditionib. cum quib. soliti sunt esse alii nri vicecapitaniei galear. Londre et cum libertate faciendi fieri pagam zurmis dictar. galear. quam habet capitaneus et non potes facere nec fieri facere de mercationibus in Londra.

IX.

1355.

*Procura per la confisca de' beni di Marin Falier
nel Padovano.*

Libro Misti del Consiglio dei X, p. 42 (1).

In Christi nomine Amen. Illustris et excelsus dominus, dominus, Johannes Gradonico Dei gracia Venetiarum Dalmatiae atque Croatiae Dux, dominus quartae partis et dimidie totius Imperii Romaniae per se et nomine ac vice Comunis Venetiarum una cum suis Consiliis Minori et de X habentibus ad infrascripta plenissimum

(1) Debbo questo ed il seguente documento alla gentilezza del Sig. Vincenzo dott. Lazari, direttore del civico Museo Correr.